

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Quibus competit sobrietas. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

autem ex parte aliorum, qui ex hoc scandalizarentur.  
Ad primum ergo dicendum, quod sapientia potest  
haberi dupliciter. Vno modo, secundum modum com-  
munem, prout sufficit ad salutem. Et sic non requiri-  
tur ad sapientiam habendam, quod aliquis a vino om-  
nino abstineat, sed quod abstineat ab immoderato  
visu vini. Alio modo, secundum quandam perfectio-  
nis gradum. Et sic requiritur in aliquibus ad perfectè  
sapientiam percipiendam, quod omnino a vino absti-  
neant, secundum conditiones quarundam personarum  
& locorum.

Ad secundum dicendum, quod Apostolus non sim-  
pliciter dicit bonum esse abstinere a vino, sed in casu  
in quo ex hoc aliqui scandalizantur.

Ad tertium dicendum, quod Christus retrahit nos  
a quibusdam sicut omnino illicitis, a quibusdam vero  
sicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc modo re-  
trahit aliquos a vino proper studium perfectionis, si-  
c ut & a diuitijs & alijs huiusmodi.

## ARTIC. IV.

*Vtrum sobrietas magis requiratur in maioribus  
personis?*

Ad quartum sic proceditur. Viderunt, quod sobrie-  
tas magis requiratur in maioribus personis. Sene-  
cuss enim excellentiam quandam homini praestat. Un-  
de & senibus honor & reverentia debetur: secundum  
illud Leuit. 19. Coram cano capite confurge, & ho-  
nora personam senis. Sed Apostolus specialiter senes  
dicit esse ad sobrietatem exhortandos, secundum il-  
lad ad Titum 2. Senes, ut sobrij sint. Ergo sobrietas  
maxime requiritur in excellentioribus personis.

¶ 2 Præterea, Episcopus in ecclesia excellenti-  
sum gradum habet, cui per Apostolum indicatur  
sobrietas, secundum illud primæ ad Tim. 3. Oportet  
Episcopum irreprochensibilem esse, viuis uxoris vi-  
rum, sobrium, prudentem, &c. Ergo sobrietas maxi-  
mè requiritur in personis excellentioribus.

¶ 3 Præterea, Sobrietas importat abstinentiam a  
vino

723  
1. Tim. 2.  
te. 2. 10. 3.

240 QVÆST. CXLIX. A R T. IV.

vino. Sed vinum interdicitur regibus, qui tenent summum locum in humanis rebus: conceditur autem his qui sunt in statu desolationis, secundum illud Proverb. 31. Noli regibus dare vinum. & postea subdit, Date siceram merentibus, & vinum his qui amantur animo. Ergo sobrietas magis requiritur in excellentioribus personis.

SED contra est, quod Apostolus dicit primz ad Timoth. tertio, Mulieres similiter pudicas, sobrias, &c. Et ad Titum secundo dicitur, Iuuenes similiter tractare ut sobrij sint.

RESPONDEO dicendum, quod virtus habet habitudinem ad duo. Vno quidem modo ad contraria vitia, quæ excludit, & concupiscentias quæ refrænat. Alio modo, ad finem in quem perducit. Sic ergo aliqua virtus magis requiritur in aliquibus, dupli ratione. Vno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias, quas operat per virtutem refrænari; & ad vitia, quæ per virtutem tolluntur. Et secundum hoc, sobrieras maximè requiruntur in iuuenibus & mulieribus: quia in iuuenibus viget concupiscentia delectabilis propria feruorem etatis. In mulieribus autem non est sufficientia robur mentis, ad hoc quod concupiscentias resistant. Vnde secundum Valerium Maximum\*, mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vnum. Alio verò modo sobrieras magis requiruntur in aliquibus, ut pote magis necessaria ad propriam rationem ipsorum. Vinum autem immoderata sumptum præcipue impedit usum rationis. Et ideo fenus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditum; & Episcopis seu quibuslibet ecclesie ministri, qui mente deuota debent spiritualibus officijs ministrare; & regibus, qui per sapientiam debent populum subditum gubernare: specialiter sobrietas indicetur.

Et per hoc patet responsio Ad obiecta.

QVÆ.

*l.2.c.1.in  
titulo de  
usu vini  
mulieri-  
bus inter  
dicto.*